



Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesv Christi Homeliae quinquaginta sex, Theoremata
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.
Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIII

Mansuetudine & beneficentia qua[n]ta nos vti conueniat erga inimicos
nosqué persequentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

lo fuit pro Christo, quam vt expectaret Christi responfionem, & eum qui se furiofiorem exhibebat ad capiendum Dominum, percutit exempto gladio, & eius amputauit auriculam dexteram. Dominus reprehendens Petrum, gladium in vaginam iubet recondi, ostendens se non potestate vti velle mundana, nec ad pugnandum, sed ad patiendum se venisse. Hec enim, per patientiam scilicet, speciosior, gloriofiorq; est victoria. Considerandum quoque, Dominum Iesum hoc miraculo Iudaïs occasionem voluisse dare conuerfionis ac refipifcentiæ. At ipfi magis sunt inde excæcati, vtpote qui nihil ad se luminis introire finebant.

Mansuetudine & beneficentia quanta nos vti conueniat erga inimicos nosq; persequentes.

Matth. 5.

Benefaciendum odientibus nos.

Roma. 12.

Prover. 25.

Carbones ignis super caput odientis congerere quid fit.

Mansuetudo Dauid erga persecutore.

1. Reg. 24.

Exemplo Christus docet in se quod aliquando prædicauit ac iussit verbo. Quid iussit? *Benefacite ijs qui oderunt vos.* Benefecit suo persecutori, quia aurem abscissam restituit Malcho. Fons est bonitatis & compassionis Christus. De fonte autem quid fluere potest aliud, nisi id quo plenus exuberat. Quid igitur de Christo pietatis fonte emanare potest, nisi charitas, misericordia & benignitas? Hoc modo nos quoque eius sequamur vestigia iuxta ac eruditionem, vt ijs qui nobis mala nituntur inferre, bona rependamus, vt non vincamur à malo, sed vincamus in bono malum. Obseruemus quoque illud Apostoli: *si furierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, potum da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* Carbones super caput te odientis congerere, est mentem inimici odio frigentem, beneficio charitatis calefacere. Dum enim videt is qui te odiuit hætenus, ex mala sua voluntate ac prauis studijs te non ad vindicandum, sed ad benefaciendum moueri, quomodo non ipso quoque deposito odio, redibit in se conuersus, vt arguat se iniquitatis, quod diligentem se persequitur, sentiens reuera illum iustiores se, quippe qui non solum innocentem, sed etiam inimicum non persequitur, imò & diligit, & eidem benefacit? Non longe hac de re petendum est exemplum, in Dauid videlicet & Saulo. Saul enim persequabatur Dauidem innocentem ac mansuerum, motus inuidia, quoniam post se illum regnaturum cognouit. At Dauid persequentem, quomodocunque poterat, regem fugiebat. Accidit autem vt in locis Engaddi persequutionem tunc Saulis fugiens Dauid moraretur, atque in spelunca lateret cum viris quibusdam armatis. Quam, licet exercitu trium milium Saul stipatus, solus tamen aluum purgaturus cum intrasset, Dauid ei latenter oram chlamidis abscindens, continuit tam se quam viros secum armatos, ne in regem hic solum constitutum, inijcerent manus: surgentemq; Saulem sequitur Dauid, abscissam chlamydis eius oram in manu portans, atque post tergum ad illum clamans: *Domine mi rex.* Respexit autem Saul, scire, quis post se clamaret, volens. Quem respicientem Dauid humilis in terram inclinans adorauit, eiq; dixit: *Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te? Ecce viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca, & cognoui vt occiderem te, sed peperci tibi oculus meus. Dixi enim, Non extendam manum meam in dominum meum, quia christus Domini est. Quin potius pater mi vide & cognosce oram chlamydis tua in manu mea: quam cum præscinderem, nolui extendere manum meam in te.*

Animad

Animaduerte & vide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccati in te. Tu autem insidiaris anima mee, vt auferas eam. Iudicet Dominus inter me & te, & vltiscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te. Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? Canem mortuum persequeris, & pulicem vnum. Cum hæc alijs humiliationis verba compleffet Dauid, dixit Saul: Nunquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et eleuans vocem suam, fleuit, dixitq; ad Dauid: Iustior tu es quam ego. Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu iudicasti mihi hodie, qua feceris mihi bona, quomodo tradiderit me Dominus in manu tua, & non occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddet tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. Vides quomodo carbones super caput Saulis Dauid congregauerit, quomodo ve ad mansuetudinem regem iratum beneficijs placauerit, atque in gratiam reduxerit? Neque tamen modo tantum, sed paulò post eundem denuò etiam iratum ac persequentem, simili mansuetudinis beneficio placauit.

1. Reg. 26.

IESUS AB HOSTIBUS CAPITUR. *Artic. XI.*

IN illa hora ait Iesus ad eos, qui venerant ad se principes sacerdotum & magistratus templi, & seniores; Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quum quotidie vobiscum in templo sedebam docens, & non tenuistis me, nec extendistis manus in me, Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ Prophetarum.

Matth. 26

Marc. 14.

Lucæ 22.

HOMILIA XI.

Considerandum primo, Euangelistam hic referre Dominum Iesum locutum fuisse ad magistratus & seniores populi & principes sacerdotum, hoc intelligi debere, ipsum locutum ad eos, qui illorum nomine & tanquam in eorum venerant persona. Horum enim iussu ac nomine omnia fiebant. Tanquam ad latronem, &c. quasi dicat: Frustra cum gladijs, frustra cum armis, frustra denique in nocte cum lucernis vt latronem me queritis, quem sine defensione quotidie vidistis ob oculos vestros ambulantem in templo. Quare ibi nemine vobis prohibente, me non tenuistis, nisi quia non potuistis, prohibiti certe non hominis, sed virtute diuina? Intelligi te igitur quia nec modo aliquid valeretis, nisi quia hora est iam vestra, qua me trado, & Pater me tradit in manus vestras. *Manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.* Manus truculentas, oculos minaces, vultum durum, animum crudelem exhibuerunt in Iesum. O filicibus rapibusq; duriores, ô homines efferatos & syluestres. Viderant tantam Iesu potentiam in sui prostratione, nec tamen animo sunt moti, nisi ad furorem maiorem. Viderunt Christi beneficentiam ac charitatem in miraculo iam iam facto, nec sunt edificati. Senserunt eius benignitatem in sui allocutione, & non sunt emolliti, sed effecti ferociiores. Sic, sic omnibus id impijs ac superbis vsu venit, vt quo magis illis condescenditur, quo plus tribuitur, eo vehementius insolecant atque tumescant.

Matth 26.

E

meant.